



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis  
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

**Gretser, Jacob**

**Ingolstadii, 1611**

XVIII. Variæ ægrorum curationes.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41527**

## C A P V T X V I I I .

*Varia & grorum curationes.*

Vlier paralytica , & altera sanctimonialis femina  
vno pede claudicans ; & claudus de castro, quod  
dicitur Giet, post momentaneam orationem vix

completam, in ipsa nocte curati sunt.

Puer, cui tanta membrorum mollities inerat, ut pœnè of-  
fibus carere putaretur : alter de Licendorf macie deformi-  
consumptus, gressum & loquendi officium, quibus omnino  
caruere, receperunt.

\* I Ichiatica.

Puella \* sciatica de Gisenuelt , ne cum tumba ingesta  
sacræ, propter turbam : Puer ex contractione nerorum ca-  
rens officio pedum : Puella de Nuornberg planta pedes sur-  
sum recurua , geniculo contracto : Item , de eodem pago  
puella manum aridam habens , inter Orationes , & Vigilias  
curati sunt,

## C A P V T X I X .

*Suspensi S. Kunegundis ope seruati.*

\* Kunegundis.

Vidam pro equo furtim sublato apud VVeram  
fluum, in vico, qui dicitur, VVa segen, suspen-  
dio addicetus est. Qui in tormento positus, vo-  
ce, qua poterat, \* B. Virginis aures appellavit:  
cuius etiam festinatam opem sibi adesse præsenfit. Diuina e-  
nim virtute, ubi populus abscesserat, vincula manuum disso-  
luta sunt, & ipse laqueum sibi deponens, in ciuitatem reue-  
sus, cunctis erectionem sui, dans gloriam Deo, & suæ saluatri-  
ci exposuit. Quorum fideli testimonio ad nos usque delatus,  
ad censem quinque denariorum à suis parentibus, ut pridem,  
dum damnaretur, pro ipso deuouerant, inscriptus est.

Apud nos quoque non huic dissimile de seruulo quo-  
dam, dum illaqueatus ab omnibus mortuus putaretur, si-  
gnatum